



*Uni Bamberg*

## **Willelmi II regis Siciliae diplomata edidit Horst Enzensberger**

Bis zum Erscheinen einer gedruckten Ausgabe werden hier als Arbeitshilfe für die interessierten Kolleginnen und Kollegen die Texte mit den Vorbemerkungen im PDF - Format zur Verfügung gestellt .

Quellennachweis für dieses Dokument

<<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/pdf/D.W.II.095.pdf>>

Bearbeitungsstand: 15/04/16

Zusätzlich empfiehlt sich ein Verweis auf die URL der Projektseite :

<<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/index.html>>

### Indices

Personen: <<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/personen.html>>

Orte: <<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/orte.html>>

Sachen: <<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/sachen.html>>

Literaturverzeichnis: <http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/biblio.html>>



## **König Wilhelm überträgt der von Erzbischof Walter gegründeten Zisterzienserabtei S. Spirito verschiedene Kirchen innerhalb und außerhalb von Palermo, Besitz und Rechte .**

Palermo, 1177 November 9

\*Palermo, Archivio di Stato, Tabulario dell' Ospedale Grande : Pirro gibt das Tabularium als Fundort seines Textes an, in den heutigen Unterfonds sind keine Spuren einer Überlieferung vorhanden.

Editionen: PIRRO 1295 f. [P] – Vincenzo DI GIOVANNI, *Il monastero e la chiesa di Santo Spirito*, in: ders., *Topografia antica II*, Palermo 1879 (Nachdruck 1995), 267-293, hier S. 278-281 nach einer Abhandlung von Antonino Mongitore in Qq E 5. [Mo]

Regesten: B. 206 zu 1177

Mit der Gründung von S. Spirito zu Palermo konnten die Zisterzienser erstmals in einem zentralen Gebiet der Insel richtig Fuß fassen, obwohl es sich hier nicht um die älteste Niederlassung handelt. Sie ist wohl als Gegengewicht zu dem ursprünglich benediktinisch geprägten Monreale und als Reaktion des Erzbischofs von Palermo auf dessen Gründung zu verstehen. Außerdem scheint Walter sich auch zisterziensischer Fachleute für den von ihm begonnenen Neubau der Kathedrale von Palermo bedient zu haben. Immerhin sieht sich der König veranlaßt, auch diese geistliche Institution nachhaltig zu unterstützen.

S. Spirito war wie Sambucina eine Tochter von Casamari., dem es 1232 vom Generalkapitel unterstellt wurde (CANIVEZ, *Statuta II*, 106) Zeitgenössische Quellen über die tatsächliche Herkunft der Mönche gibt es nicht, ungeklärt sind auch die möglichen Beziehungen Joachims von Fiore zum Kloster, der sich nach der Zisterzienserhistoriographie bei seinen Aufenthalten in Palermo dort niedergelassen haben soll, vgl die Vorbemerkung zu D 104. Zur Geschichte des Klosters vgl. WHITE, *Monasticism* 168 - 171. Die Kirche, heute in einem Friedhof gelegen und daher wenig zugänglich, war Schauplatz der Auseinandersetzung zwischen Sizilianern und Franzosen, die den Auslöser für die Sizilianische Vesper bildeten. Dem Ospedale Grande war Santo Spirito endgültig seit 1516 angeschlossen, 1573 wurden die Olivetaner aus S. Maria del Spasimo dort untergebracht.

In der Besitzliste sind Anleihen am Formular der Papsturkunde festzustellen. Anders als Monreale erhält S. Spirito keine Mühlen zum Eigenbesitz übertragen, sondern ein abgabenfreies Mahlrecht für den Eigenbedarf auf den königlichen Mühlen, deren Lage allerdings nicht wie im Fall von S. Gregorio zu Neapel ( D 31 ) spezifiziert ist. Für den Eigenbedarf wird auch ein Fischerboot zur Verfügung gestellt und von Abgaben befreit.

Ungewöhnlich ist auch die Mischform zwischen Diplom und Mandat, auf die in D 95 die Tagesdatierung vielleicht zurückzuführen ist. Vergleichbares allerdings bereits in D 14.

Die Nennung Walters in der Datierung widerspricht nicht der in D 92 Vorbemerkung besprochenen Norm, da nicht der Erzbischof, sondern die abbatia der formale Empfänger von D 95

ist. Die Jahresumsetzung vor Weihnachten ist in der normannischen Königskanzlei ungewöhnlich, könnte aber mit der von ENZENSBERGER, Beiträge 62 vermuteten apulischen Herkunft des Notars Ademarius zusammenhängen. Auffällig ist die Tagesdatierung; sie kommt in echten Diplomen nur in seltenen Ausnahmefällen vor: D 30, D 89, D 102 .

Nach dem Gebrauch der normannischen Kanzlei wurde der Dphtong der Vorlagen durch *e* ersetzt, dementsprechend wurden auch die Zahlenangaben ausgeschrieben, die in den Drucken in arabischen Ziffern wiedergegeben sind, ohne das im einzelnen in den Anmerkungen nachzuweisen.

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi, amen. W. divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Licet ad decorandam regie celsitudinis dignitatem officia virtutum universa conveniant, due tamen potissimum et regum nomen amplificant et regni solium inconcussa firmitate stabiliunt, alterum quod divine pietatis intuitu de regia munificentia misericorditer exhibetur, alterum quod devotione fidelium et obsequio meritorum digna compensatione prosequitur. Hinc est quod nos attendentes pium et laudabile opus tuum, Gualteri venerabilis Panormitane archiepiscopi dilecte fidelis et familiaris noster, scilicet abbatiam iuxta regulam beati Benedicti et ordinem Cisterciensem, quam ad honorem Sancti Spiritus de gratia et favore nostro edificari fecisti extra menia felicitis urbis nostre Panormi super ripam fluminis, quod Habes<sup>1</sup> dicitur, considerantes etiam gratissima nobis tue fidelitatis obsequia, que nobis a beatis primordiis nostri fortunati regiminis familiariter impendisti, placuit maiestati nostre causa Dei et status salutis nostre, respectu quoque gratissimi servitii tui prenominatam abbatiam tamquam opus misericordie quod totum debuerit regie liberalitatis munere prevenire et ei nostre munificentie gratia providere. De more itaque residentibus nobis in palatio felicitis urbis nostre Panormi, presentibus familiaribus sacre curie nostre et aliis quampluribus fidelibus nostris damus, concedimus et perpetuo confirmamus predictae abbacie ecclesiam nostram Sancti Joannis, que sita est intra menia urbis nostre prope castellum maris cum casalibus, hominibus, vineis, terris, pomariis et omnibus iustis tenementis et possessionibus suis, undecumque et ubicumque<sup>a</sup> de eis haberi et teneri dignoscitur, de quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda: ecclesiam sancte Marie ...<sup>2</sup> et ecclesiam sancti Petri de Impero cum casalibus earundem ecclesiarum, que sunt de tenimento eiusdem ecclesie sancti Joannis, et ut amodo in perpetuum ecclesia ipsa beati Joannis cum omnibus pertinentiis suis, sicut supra dictum est, sit eiusdem abbacie libere et quiete, et abbates, qui regulariter et iuxta ordinem Cisterciensium statuti fuerint in eadem, ordinent et

---

<sup>1</sup> Oreto: AMARI-SANTAGGI, Carta comparata 143

<sup>2</sup> Nach Mongitore, ed. Di Giovanni 286 handelt es sichm S. Maria della Misericordia

disponant ecclesiam ipsam sancti Joannis cum omnibus pertinentiis suis, ut dictum est, ad usum, servitium et utilitatem eiusdem abbacie tamquam ius et obedientiam suam, nemine contradicente. Damus similiter et concedimus prefate abbacie ecclesiam Sancti Pantaleonis cum pertinentiis casalis Galli Rebalsuat<sup>3</sup> cum tenimento suo, ecclesiam<sup>b</sup> sancti Nicolai de Misilmiro cum cannetis ac terris suis, que sunt ultra flumen Misilmiri<sup>4</sup> et alias terras ad quinque paricla<sup>c</sup> bovum iuxta<sup>d</sup> flumen prefatum ex altera parte; concedimus insuper et confirmamus dicte abbacie viridarium, quod domina Margarita, gloriosa regina carissima mater nostra, concessione et voluntate nostra eidem abbacie dedit et concessit<sup>5</sup> cum vineis, cannetis, aquis et iustis tenementis suis, quod viridarium est secus ipsam abbatiam trans memoratum flumen Habes, ut amodo omni futuro tempore teneat et habeat viridarium ipsum cum omnibus, sicut predictum est, rationibus suis et utatur eo, utpote iure suo sine aliqua contradictione et calumnia. Volumus preterea et mandamus, ut de iis que fratres ipsius abbacie immiserint vel extraxerint per portas civitatis Panormi et in eadem civitate emere vel vendere voluerint ad opus eiusdem abbacie, sive per mare sive per terram adducta fuerint, de victualibus etiam, que de campis et eorum agricultura percipient, si causa vendendi extrahere de portu Panormi voluerint, nullum ius curie nostre persolvatur, sed eos liberos esse volumus et immunes. De abundantiori vero munificentia liberalitatis nostre et solita pietate concedimus et donamus iam dicte abbacie de redditibus dohane<sup>e</sup> nostre Panormi annis singulis in eleemosynam pro indumentis fratrum tarenos trecentos, de tonnaria Sancti Georgii barrilia quinquaginta et de dohana<sup>f</sup> portus Panormi viginti barrilia vini singulis mensibus percipienda. Concedimus quoque libertatem pascuorum et glandarum pro omnibus animalibus iam dicte abbacie per totum demanium nostrum mandantes, ut nullus pro predictis animalibus erbaticum sive glandaticum exigat a fratribus eiusdem abbacie, quin potius indulgemus, ut dicti fratres cum animalibus eorum ab omni exactione passagii, plateatici sive pedagii per totum nostrum demanium sint immunes. Damus etiam eidem abbacie barcam unam piscatoriam<sup>g</sup> in portu et mare Panormi liberam et absolutam ab omni iure portus et dohane<sup>h</sup> piscium, quam ad usum fratrum et hominum suorum in portu et mare Panormi de cetero libere et absolute ex nostra concessione in perpetuum possidebit. Volumus insuper, ut liceat fratribus in molendinis nostris ad opus ipsius abbacie libere et absque ulla datione in perpetuum molere. Ad hec et si aliquis de hominibus vel servientibus prefate abbacie fuerit appellatus de aliquo, non cogatur respondere vel ad

---

<sup>3</sup> AMARI-SANTAGTI, Carta comparata 102

<sup>4</sup> Amari-SANTAGTI, Carta comparata 135

<sup>5</sup> Deperditum

iustitiam stare nisi coram abbate aut conventu ipsius, preterquam si de criminalibus fuerit appellatus, unde<sup>i</sup> confessus vel convictus vitam aut membrum amittere valeat. Ad huius autem munifice concessionis et confirmationis nostre memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium nostrum per manus Ademarii nostri notarii scribi et plumbea bulla nostro tipario impressa iussimus roborari , anno, mense et indictione subscriptis<sup>j</sup>.

Data in felici urbe Panormi per manus Gualterii venerabilis Panormitani archiepiscopi, Mathei<sup>k</sup> regii vicecancellarii et Riccardi venerabilis Siracusani episcopi, regalium familiarium<sup>l</sup>, anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo octavo, die nona Novembris, indictionis undecime, regni vero domini nostri Willelmi Dei gratia gloriosissimi et magnificentissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno duodecimo, feliciter, amen.

---

<sup>a</sup> *fehlt Mo*

<sup>b</sup> *cum – ecclesiam fehlt Mo*

<sup>c</sup> *pericla P*

<sup>d</sup> *iusta Mo*

<sup>e</sup> *doghane P, Mo*

<sup>f</sup> *doghana P, Mo*

<sup>g</sup> *piscatorium Mo*

<sup>h</sup> *doghane P, dogane Mo*

<sup>i</sup> *crude Mo*

<sup>j</sup> *suscriptis P, Mo*

<sup>k</sup> *Matthaei P, Mo*

<sup>l</sup> *familiarum Mo*